



CLEMENS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

*D supremum Apostolatus Ministerium, quod Divinæ Sapientiæ atque bonitatis Altitudo Nobis, nullo licèt meritorum Nostrorum suffragio, demandare dignata est, ritè sanctèque obeundum, nil aptius esse intelligimus, quam Viros gloriosos, qui quasi flos rosarum in diebus Vernis, universam Ecclesiam Spiritualium Aromatum, quibus Eos imbuerat divina Benignitas, odore perfuderunt, ac perpetua Sanctæ Mortis gloria consecrati sunt, laudare, debitæque Venerationis cultus eis impendere, ut Fideles Populi Dei mirabilia in Sanctis Suis prædicantes, habeant ad imitationem Exempla, certosque in Cœlis Patronos ad æternæ felicitatis præsidia. Quamobrem cum DEI SERVUS FRANCISCUS CARACCIOLO Congregationis Clericorum Regularium Minorum Fundator mirabili in Deum, & Proximum charitate succensus, ac planè conspicuus omnium, Virtutum fulgore, suoque Instituto, cujus fructus magni honoris & honestatis Deo assiduè exhibet Sancta Mater Ecclesia in saporem suavitatis, longè latèque splenduerit, dignum arbitramur & congruum, ut quantum Nobis*

CLEMENTE PP. XIV.

Para la perpetua memoria.

ADA entendemos ser mas proporcionado para cumplir debida, y santamente el supremo ministerio del Apostolado, que la alteza de la Sabiduría, y Bondad Divina se ha dignado encargarnos, aunque sin auxilio alguno de nuestros meritos, que alabar à los Varones gloriosos, que como rosas en la Primavera han bañado toda la Iglesia con la fragrancia de los aromas espirituales, de que la benignidad divina los havia llenado, y están consagrados con la gloria perpetua de la santa muerte, y darles el culto de la debida veneracion, para que los Pueblos fieles, alabando las maravillas de Dios en sus Santos, tengan exemplos para la imitacion, y verdaderos Patronos en el Cielo para las seguridades de la felicidad eterna. Por lo qual, haviendo resplandecido ampliamente el Siervo de Dios FRANCISCO CARACIOLO, Fundador de la Congregacion de los Clerigos Regulares Menores, encendido en admirable amor à Dios, y al proximo, y totalmente excelente por el resplandor de todas las virtudes, y por su Instituto, cuyos sazonados, y suaves frutos de gran honor, y honestidad la Santa Madre Iglesia presenta continuamente à Dios, juzgamos digno,

bis ex alto conceditur, ejus Cultui & Venerationi ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Ecclesiæ decus, & præsidium, & ad Fidelium ædificationem opportunè consulatur. Cùm itaque maturè diligenterque discussis atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum, Processibus de Aostolicæ Sedis licentiâ confectis super Vitæ Sanctitate, & Virtutibus tàm Theologicis quàm Moralibus in gradu heroico, quibus eumdem SERVUM DEI FRANCISCUM multipliciter claruisse; nec non Miraculis, quæ ad ejus intercessionem, & ad manifestandam Hominibus ipsius Sanctitatem à Deo patrata fuisse asserebatur, eadem Congregatio coram fel. rec. Clemente XIII. prædecessore Nostro constituta, unâ cum Consultoribus suffragia ferentibus, uno Spiritu, unâque voce censuerit, posse quandocumque ei videretur, prædictum SERVUM DEI BEATUM declarari cùm consuetis Indultis. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis Christianorum Principum, Episcoporum, Capitulorum, Civitatum, nec non antedictæ Congregationis Clericorum Regularium Minorum supplicationibus, jàm dudùm Clementi XI. Benedicto XIV. & Clementi XIII. Nostris prædecessoribus porrectis, & Nobis nuper iterum exhibitis, benignè inclinati, remissa, auditis Secretario Congregationis saerorum Rituum, & Fidei Promotore, disquisitione dubii = An tutó procedi posit ad Beatificationem= *tùm ob qualitatem Causæ Nobis ipsis postremis temporibus Ponentis munere fungentibus, diu multumque discussæ, tùm ob Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici iteratas, ac peculiares supplicationes, tùm quia agimus de SERVO DEI Instituti Fundatore Christianæ Reipubli-*

no, y proporcionado, que quanto se nos concede por el Cielo, se procure oportunamente su culto, y veneracion para honra de Dios tódo Poderoso, decoro, y proteccion de la Iglesia, y edificacion de los Fieles. Y haviendose examinado, y reconocido con reflexion, y cuidado por la Congregacion de nuestros Hermanos los Cardenales de la Santa Iglesia Romana destinados para los Sagrados Ritos, los Procesos instruídos con licencia de la Sede Apostolica sobre la santidad de Vida, y Virtudes, asi Theologicas, como Morales, en grado heroyco, en las quales havia resplandecido mucho el referido Siervo de Dios FRANCISCO; y asimismo los milagros que se aseguraba haver obrado Dios por su intercesion, y para manifestar à los hombres su santidad, juzgando la dicha Congregacion, constituída ante Clemente XIII. de felíz memoria, nuestro Predecesor, juntamente con los Consultores que tenian Voto, unanimemente, y à una voz, que podia, quando le pareciera, declararse BEATO el Siervo de Dios con los acostumbrados Indultos: Por tanto Nos, benignamente inclinados à las piadosas, y esforzadas súplicas de los Principes Christianos, Obispos, Cabildos, Ciudades, y tambien de la sobredicha Congregacion de los Clerigos Regulares Menores, presentadas tiempo há à Clemente XI. Benedicto XIV. y Clemente XIII. nuestros Predecesores, y exhibidas de nuevo à Nos, haviendo oído al Secretario de la Congregacion de los Sagrados Ritos, y al Promotor de la Fé, remitiendo el examen de la duda: *Si se puede proceder seguramente à la Beatificacion*: asi por la calidad de la causa, de que Nos en los ultimos tiempos teniamos el cargo de Ponente, como por las reiteradas, y peculiares súplicas de nuestro carisimo en Christo hijo Carlos Rey Catholico de España, como porque tratamos de un Siervo de Dios Fundador de un Instituto utilisimo à la Republica Christiana; con la Autoridad Apostolica por el

blicæ quam maximè utilis, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium indulgemus, ut memoratus DEI SERVUS FRANCISCUS CARACCIOLO in posterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ Venerationi Fidelium, non tamen in processionibus circumferendæ, exponantur; Imagines quoque radiis seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die quartâ Junii, qua è vivis feliciter cessit, recitetur Officium, & Missa de communi Confessoris non Pontificis, cùm Oratione à Nobis approbata juxtà Rubricas Breviarii, & Missalis Romani: Recitationem autèm Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxàt in universâ Congregatione eorumdem Clericorum Regularium Minorum, ac in loco Sanctæ Mariæ de Villa, ubi Vir Dei in lucem editus est; prout in Oppido vulgò Civitate Anglonensi, in qua ipse obdormivit in Domino, ac in tota Triventina Diœcesi, prout etiam Neapoli, non solùm apud Confraternitatem, quam vocant de Bianchi, in quam cooptatus fuit, sed etiam in tota Civitate, ubi sacrum ejus Corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; & quantum ad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias, in quibus Festum peragetur, confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno à datis hisce litteris in Ecclesiis Clericorum Regularium Minorum, Diœcesis, Loci, Confraternitatis, & Civitatum hujusmodi solemnia Beatificationis ipsius SERVI DEI cùm Officio sub Ritu duplici majori, & Missa, die ab Ordinariis respectivè constituta, postquàm in Basilicâ Nostrâ Sancti Petri in Vaticano peracta fuerint solemnia, pro qua re diem decimam mensis Septembris assig-

sig-

el tenor de las presentes, concedemos, que el referido Siervo de Dios FRANCISCO CARACIOLO en lo succesivo tenga el nombre de BEATO, y su Cuerpo, y Reliquias se expongan à la veneracion de los Fieles; pero no se lleven en Procesiones; y las Imagenes se adornen con rayos, ò resplandores, y todos los años en el dia quatro de Junio en que falleció felizmente, se rece su Oficio, y Misa del Comun de Confesor, no Pontifice, con la Oracion aprobada por Nos, segun las Rubricas del Breviario, y Misal Romano; pero concedemos, que se rece el Oficio, y celebre la Misa solamente en toda la Congregacion de los referidos Clerigos Regulares Menores, y en el Lugar de Santa Maria de Villa, donde el Varon de Dios nació; como tambien en la Ciudad de Añón, en la qual falleció, y en todo el Obispado de Trivento, como tambien en Napoles, no solo en la Cofradia que llaman de los Blancos, à la qual estuvo agregado, sino en toda la Ciudad, donde su Sagrado Cuerpo existe, se rece por todos los Fieles de Christo de ambos sexos, asi Seculares, como Regulares, que están obligados à las Horas Canonicas; y por lo que toca à las Misas tambien por todos los Sacerdotes, que concurran à las Iglesias, en que se haga la Fiesta. Demás de esto, damos facultad para celebrar la solemnidad de la Beatificacion de dicho Siervo de Dios con Oficio, baxo del Rito de doble mayor, y Misa solo el primer año, desde la data de estas Letras en las Iglesias de los Clerigos Regulares Menores, y en el Obispado, Lugar, Cofradia, y Ciudades dichos, en el dia que se señale respectivamente por los Ordinarios, despues que se haya celebrado la solemnidad en nuestra Basilica de San Pedro en el Baticano, para la qual señalamos el dia diez del mes de Septiembre. No obstante las Constituciones, y Ordenaciones Apostolicas, y los Decretos promulgados de *non cultu*, y otras qualesquiera cosas contrarias.

Y

signamus, celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu *editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & Sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique Locorum, tam in judicio, quàm extrà illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die* IV. *Junii* MDCCLXIX. *Pontificatus nostri anno primo.* A. Cardin. Nigronus. *Loco ✠ Sigilli.*

V. Macedonius S. R. C. Secretarius.

Y queremos, que à las Copias, y Traslados de las mismas Letras presentes, firmadas de mano del Secretario de dicha Congregacion, y selladas con el Sello del Prefecto de la misma Congregacion, se dé por todos, y en todas partes la misma fé en juicio, y fuera de él, que se daría à las mismas presentes, si se exhibiesen, ò manifestasen. Dado en Roma en Santa Maria la Mayor baxo el Anillo del Pescador, el dia 4. de Junio de 1769. y primero de nuestro Pontificado. *A. Cardenal Negroni.* Lugar ✠ del Sello.

V. Macedonio Secretario de la Sagrada Congregacion de Ritos.

Traducido de latin por mí Don Eugenio de Benavides, del Consejo de S. M. su Secretario, y de la Interpretacion de Lenguas; y lo firmé en Madrid à 7. de Octubre de 1769.

Don Eugenio de Benavides.